

Johann Cothmann

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Cothmann, SS.
Th. D. Prof. & Facult. Senior Ad Exequias Quas ... Virgini Mariae Heydebreken/
Cognati maestissimi hodie ... paratas cupiunt Omnes Literariae Reipublicae
Cives peramanter & officiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771233833>

Druck Freier  Zugang



Cothman, J.,
in M. Heydebrek.

Rost. 1650.

56

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES COTHMAN,

SS. Th, D. Prof. & Facult. Senior

Ad Exequias

Quas

*Nobilissima & virtutum splendore maxime
conspicua Virgini*

MARIAE Seydebrefen / Cognati mæstissimi

hodie, horæ ad medium tertiæ, in
templo Mariano
paratas cupiunt

*Omnes Literariæ Reipublicæ Cives notanter
& officiose invicent.*



ROSTOCHI

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO M, DC, L.

PROOF

RECTOR

Universitäts-Bibliothek

UNIVERSITÄT

ROSTOCK

1800

1800

UNIVERSITÄT

ROSTOCK

1800

1800

1800

UNIVERSITÄT

ROSTOCK

1800

1800



ROSTOCK

UNIVERSITÄT

1800



Sapientes Indiae, quos
Gymnosophistas appel-
lare consueverunt, eo
quod ab ortu ad occasum
(si Plinio, & Augustino
de C. D. credimus) infixis ad solem
oculis, toto die pedibus alternis fer-
ventem arenam calcantes, nudi philo-
sopharentur, Magnum illum Alexan-
dram, Orbis domitorem, ut quantum-
libet muneris à se peterent, studiosè
& prolixè monentem, his verbis exce-
pisse traduntur, *Ὁ βασιλεῦ, θεὸς ἡμῶν ἀθάνατον*
i. e. *O Rex, des nobis immortalitatem*; non qui-
dem eo sensu, ac si persuasum sapien-
tibus illis fuisset, homini nihil posse con-

A 2

tinge.

tingere felicius, quam si vitam in hoc mundo, nullis circumscriptam terminis, omniq; voluptatum genere affluentem, sortiretur. & inevitabilem illam fati vim, quæ ab omnibus metui, à nemine declinari potest, evitaret: sed ut sagaci hoc, vereq; Philosophico acumine digno responso, Regem inani ambitionis fastu, stolidaq; divinitatis persuasione tumentem, ex joviali detractum folio, in communem mortalium sortem atq; ordinem redigerent, & ab ipso non omnia peti posse, eumq; divino honore haudquam dignandum esse, cum præter **VANITATEM** nihil possideret, manifeste ostenderent. Nequaquam enim hi solertissimi sapientiæ Magistri, ita delirarunt, ut ab ullo mortaliū, vel Rege etiam, quantumvis in-
credi-

credibili successuum & Victoriarum
felicitate, immortalium conditionem
quodammodo adæquante, immorta-
litate rude, quemquam donari posse,
crederent, quippe cum ipsa rerum o-
mnium magistrà, experientiâ edocti,
probè scirent, rigidum esse fatorum
jus & inevitabile, pallidamq; mortem
æquo pede cùm Regum turres, tùm
pauperum tabernas pulsare, nec con-
tra communem hanc moriendi neces-
sitatem, ab humanis viribus, remedi-
um posse præberi ullum: sed conditio-
nis suæ immemorem Regem, & adu-
lantis fortunæ philtro ad insaniam in-
ebriatum, nimis splendida promissio-
nis vanitatem, postulati gravitate re-
tundere atque reprimere fategerunt,
Nulla proinde rebus omnibus, quas
sublunaris orbis suo ambit complexu,

idemq; genius parili sorte & instabilitatis lege
 versat, à morte competit immunitas. Unde non
 inveniuste summus ille Poetarum apex, omnisq;
 justiniano suffragio, virtutis parens Homerus,
 hominum ortum & interitum, cum foliorum
 origine & casibus comparat: ὅμοιως Φύλλων, inquit,
 γενεή, τίηδε καὶ ἀνθρώπων i. e. qualis foliorum genera-
 tio, talis & hominum. Confer, hunc Ethnicum,
 longe superantem Syrach, c. XIV, 19. *Quem-
 admodum folium virens in densa arbore, illud abij-
 ciente & hoc producente; ita etiam se habet generatio
 carnis & sanguinis, illa moritur, hac vero gignitur,*
 & quæ sequuntur à Megalandro nostro B. Lu-
 thero, eleganter reddita, all vergänglich Ding
 muß ein Ende nehmen / unnd die da mit umbgehen
 fahren auch mit dahin. Verum enim vero, quan-
 quam in vulgari hominum sorte, nemo repe-
 riatur, vel M. ALEXANDER, vel alius, qui
 ἀθανάσιαν mortali hominū generi conferre possit,
 unus tamen quærentibus reperitur βασιλεὺς Βασι-
 λέων DN. JESUS CHRISTUS, Θεάνθρωπος
 ille noster, ille τῆς ζωῆς δέκτης, non solum vitæ
 Dux & ipsa vita, sed &, qui ἀθανάσιαν petentibus
 & verà fide sperantibus VITAM dare potest
 ÆTERNAM, quem si Gymnosophistæ non
 ignorassent, non plane omnem ἀθανάσιαν despe-
 ravif-

ravissent. Potentissimus hic vitæ Dux, interposito juramento, immortalitatis concessionem in manu sua esse affirmat, *Amen, Amen*, inquit, *si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in aeternum*. Hoc cū ita sit, probè ac piè à nobis curandum est, ut, cum in hac mortalitate, innumuris pene calamitatum generibus obnoxia, desperata sit omnis à *Davidida*, nobis necessaria in *Paradiso*, h. e. felicitis & beati ex hac vita discessus adminicula maturè paremus, ne, quando decretoria illa Filij Dei voce; *Surgite vos mortui & venite ad judicium*, resurgendum erit omnibus, ad mortem, sed ad vitam æternam resurgamus, atq; ad beatissimam illam cælestis gloriæ possessionem, omnium calamitatum & ærumnarum victores lætissimi, hinc evolemus.

Quod ipsum summo studio & maximo suo cum bono observasse & factitasse novimus, Nobilissimam vereq; nobilium virtutum ornatu, morum elegantia cultissimam & undiquaq; coruscantem VIRGINEM MARIAM *Heydebrefen* cui præmaturà, pià tamen & placidissima morte extinctæ, hodiè supremus exequiarum honos prestandus, & memoriæ ejus, quæ est in benedictione, perennitatis ara erigenda est.

Patria Nobilissimæ V. MARIÆ fuit TREPTAV,

PTAV, Nobiliff. & Beatissimis ejus Parentibus
domus hæreditaria, in qua, pie defuncta nostra
Anno 1632. die 15. Julij. nata est, PATREM coluit,
Nobilissimum, Heroem inclutum & maximè
strenuum DN. THOMAM *Heydebrefen/* Sæ.
Cæ. Mtis, & Equitum Holsatiæ Ducis supremum
vigiliarum Præfectum, Capitaneum in *Treptan,*
in *Zuchen & Brandeshagen* Hæreditarium, Vi-
rū magnanimū & fortem, quem meritò locamus
inter illos, quos S. Scriptura dicit *הַיָּאֲמָנִים*
Viros roboris, *redliche/ tapffre Männer/ Die*
ihren sachen krafft vnd nachdruck geben. De hujus
Herois peregrinatione, cujus molestias, tan-
quam alter Ulysses, incredibili constantia supe-
ravit, potius tacebo, quam ut tenuiter dicam.
Vidit Europam, vidit Palestinam, pervidit
Ægyptum, & tandem felicissimus redux, varia-
rum rerum cognitione dives, Patriæ se totum
dedit commodis.

Mater illi fuit Nobilissima, varijsq; virtuti-
bus, præprimis pietate & probitate ornatissima
Matrona, MARGARETA *von der Osten/* e
domo *Pluggentin & Bassevitz.*

Avus Paternus illi fuit Nobiliff. DN. NICOLAUS
Heydebrefen/ in *Zuchen & Pudgard* Hæredita-
rius, cujus uxor SOPHIA *von Damitzen/* è
domo *Carfin.*

Avus

Avus matervus Nobiliff. HENNIG von der
Osten/ Illustriff: Ducis Pomer. Consiliarius pro-
vincialis, Capitaneus in Verchen/ in Pluggentin
& Pencin Hæreditarius. Uxor ejus fuit, ANNA
Levezawen/ è domo Lunau.

Proavus Paternus Nobiliff. THOMAS
Hendebrefen/ Consiliarius Pomer. provincialis,
in Zuchen & Pudgard Hæreditarius, cujus uxor,
URSULA Khameln/ è domo Nemitz.

Proavus maternus, Nobiliff, JOHANNES
Damitz/ Hæreditarius in Carfin & Paplau. Uxor
ejus SOPHIA Borcken/ & domo Stramel.

Abavus à lat. P. Nobiliff. ANDREAS
von der Osten/ Provincialis Consiliarius, in Plug-
gentin & Bassewitz Hæreditarius. Uxor ejus
Ursula Normans, è domo Tribberatz.

Abavus à lat. M. Nobiliff, HENRICUS
LEVEZAW, Hæreditarius in Lunaw, cujus
Uxor fuit MARGARETA BIBAWEN,
è domo Westerbrugge, &c. &c.

De quibus prolixiora audiri possunt in con-
cione funebri, Nobilissimis & Laudatissimis his-
ce Parentibus & Majoribus, originem suam no-
stra debet MARIA Hendebrefen/ quæ uti-
nam, pro voto, mæstissimi nunc, Nobiliff Dn.
Sponsi & Agnatorum superesset, & famigeratissi-
mam hanc familiam aliquâ prole bearet! sed
faultra hæc voyemus, cum aliter visum sit sponso
B cælesti,

cælesti, cui æternum jam associata, nostras vanitates despicit.

Educationem & vitam Beatæ nostræ MARIÆ si spectamus, nihil nisi præclarum & Christiana, verèq; nobili Virgine dignum, comparet in ea. Postquam S. regenerationis lavacro Salvatore suo inseri curarunt Parentes Nobiliss. balbutiente adhuc lingua, post aliquot annos, preces sacras recitare edocta est, à timore Domini rectissimè initium faciens, unde factum, ut quorum agnatorum fidei, & educationi ante & post Nobiliss. Parentum obitum, preprimis Materteræ, est concredita, adeo fuerit chara, ut divelli ab illis vix potuerit. Anno 1647. mense Octobri, hujus B. Virginis, quæ formæ sane non erat quotidiana, honestis amoribus captus est, Nobilissimus & Generosus Dn. JOACHIMUS CHRISTOPHORUS Habne/ in Basedau & Pletz Hæreditarius, cui suffragio & consensu B. Dn. Patris, cæterorumq; Agnatorum, in nomine individua & SS TRINITATIS fuit desponsata, qui venustissimam suam hanc, nunc, eheu! desideratissimam Sponsam, domum ritè duxisset, si summo Numini, cuius viæ sunt inperscrutabiles, ita placuisset: at, illi cum aliter visum fuit, hoc Anno, die II. Januarij, facta est clinica, & lue variol. & morbill. hinc inde tunc grassante, longe lateq; suo porrecto contagio, & non paucos præmatu-

matureo fato & acerbissima morte, ex oculis & amplexu charissimorum, abripiente, correpta & corrupta est Rosa quondã pulcherrima, MARIA Heydebrefen/ adeò, ut malo hoc indies ingravescente, omnem Medicorum sedulitatem, & medicamentorum saluberrimorum efficaciam respueret. Durante morbo, Patientiam declaravit adstantibus & inservientibus Christianam & insignem, Amimarum Medico Salvatore suo CHRISTO continuis & indefessis precibus sese committens & suspiriis intimis ad beatum vitæ exitum anhelans. Vocato igitur Confessionario suo, Reverendo pl. & Clarissimo Dn. M. JOHANNE CANTZLERO, incepit, huic & aliis summa cum admiratione, quantum sibi, è verbos. thesaurum collegisset, satis superq; probare. Die Januarij 18. verum corpus & verum sanguinem Dn. nostri Jesu Christi viaticũ sibi dari petiit tutissimum, quo accepto perceptoq;, dissolvi in vera fide discupiit, & esse cum JESU CHRISTO. Gaudium suum in Salvatore subinde clara voce his declarabat,

Wie bin ich doch so Herrlich fro/
Das mein Schatz ist das A und O
Der Anfang und das Ende.
Er wird mich doch zu seinen Preis
Auffnehmen in das Paradies
Des Klop ich in die Hände / etc.

In

In hisce piis & salutiferis meditationibus ac eloquiis, cum tota erat, ecce, paratæ jam sponsæ, exoptatissimus sponsus Dn. Jesus adest, atq; tot suspiriis sibi commendatam animam, suoq; obsignatam sanguine, die 20. Januarij currentis Anni circa 10. vespertinam, ex his miseriarum vinculis liberat, & ad æterna gaudia suscipit.

Tu Generose & Nobilissime Dn. Sponse, cui olim dulcissima fuit, quæ nunc nomine & omine sat est AMARA MARIA, hic Virum Te ostende talem, qualem Christiana sibi poscit patientia, & hâc ipsâ, cum cæteris Nobilissimis Adgnatis, cui tristis hæc jactura (sed quid jacturæ mentionem facio, si quæ mortem in vitam mutavit?) curæ cordiq; est, facito, ut cuivis, Te nihil habuisse, quod animarum Sponso invidere potuisses, manifestum fiat.

A Vobis autem Literariæ nostræ Republicæ omnium ordinum Civibus, eo, quo par est studio, maximopere contendo, ut hujus Nobilissimæ Virginis exequias, honorificâ vestrà præsentia cohonestare non dedignemini, ita enim non parum dolorem suum levatum esse, generosa Familia fatebitur. B. Valete & mortalitatis vestræ non immemores, circumspicite vivite.


P.P. Rostochij, die XI. Septemb. Anno 1650.
Sub Universitatis sigillo.



maturo fato & acerbissima m
 amplexu charissimorum, abri
 corrupta est Rosa quondā pulc
 Hendebresen/ adeò, ut malo h
 cente, omnem Medicorum se
 dicamentorum saluberrimor
 spueret. Durante morbo, Pati
 adstantibus & in servientibus
 signem, Amimarum Medico S
 stro continuis & indefesis prec
 tens & suspiriis intimis ad be
 anhelans. Vocato igitur Confe
 verendo pl. & Clarissimo Dn.
 CANTZLERO, incepit, I
 ma cum admiratione, quan
 bo S. thesaurum collegisset, s
 bare. Die Januarij 18. verum
 sanguinem Dn. nostri Jesu Chris
 petiit tutissimum, quo accepto
 solvi in vera fide discupiit, & ess
 stro. Gaudium suum in Salvate
 voce his declarabat,

Wie bin ich doch so Herrlich
 Das mein Schatz ist das A
 Der Anfang und das Ende
 Er wird mich doch zu seinen
 Auffnehmen in das Parade
 Des Klop ich in die Hände /

oculis &
 crepta &
 MARIA
 ngraves-
 , & me-
 ciam re-
 claravit
 m & in-
 o CHRI.
 ommit-
 exitum
 suo, Re-
 ANNE
 iis sum-
 è ver-
 q; pro-
 verum
 ibi dari
 q; dis-
 CHRI-
 de clara



In